

Dissertatio inauguralis medica sistens virum apoplexia extinctum ab haemorrhoidum inconsulta suppressione ... / [Georg Ephraim Schmid].

Contributors

Schmid, Georg Ephraim.
Universität Altdorf.

Publication/Creation

Altdorfii : Typis Jodoci Guilielmi Kohlesii, [1723]

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/gf25rx63>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

Q. B. F. Q. V.

DISSERTATIO INAVGVRALIS MEDICA
SISTENS

VIRVM APOPLEXIA
EXSTINCTVM AB HAE-
MORRHOIDVM IN-
CONSULTA SVPPRES-
SIONE

QVAM

CONSENSV ET AVCTORITATE

GRATIOSI

MEDICORVM ORDINIS

IN

INCLVTA NORIMBERGENSIVM ACADEMIA
ALTORFINA

PRO LICENTIA

SUMMOS IN MEDICINA HONORES ET PRIVI-
LEGIA DOCTORALIA LEGITIME IMPETRANDI

PUBLICE DEFENDET


GEORGIVS EPHRAIM SCHMID

HERRENSTADIO-SILESIUS

A. D. XVI. APRIL. c15 Iccc XXIII.

H. L. Q. C.

VIRO
MAGNIFICO PRAENOBILISSIMO
ET CONSULTISSIMO
DOMINO
SAMVELI MULLERO
ICTO
SERENISSIMI DVCIS WVRTEMBERGIC
CONSILIARIO REGIMINIS ET CONSISTORII
OLSNA-BERNSTADIENSIS
VT ET
CANCELLARIAE DIRECTORI
GRAVISSIMO
DOMINO PATRVO PARENTIS LOC
AESTIMANDO
PATRONO ET STVDIORVM MEORVM
PROMOTORI AETATEM COLENDO
PRIMITIAS HAS ACADEMICAS
QVA DECET PIETATE ET OBSEQVIO
D. D. D.
AVCTOR.




Q. B. F. Q. V.

DISSERTATIO IN AVGVRALIS MEDICA
SISTENS

VIRVM APOPLEXIA EXSTINCTVM
AB HAEMORRHOIDVM INCONSVLTA
SVPPRESSIONE.

P R A E F A T I O.



*Apientissime Hippocrates olim
scripsit : Oportet medicum ita
se comparare , vt faciat , quod
officium iubet : sed et aegro-
tantes , atque qui praesto ipsi-
unt , decenti se modo gerere , et quae foris
acidunt , recte se habere debent . Grauiter
is verbis indicat , non esse in medico situm , si
multi , qui seruari poterant , ad plures abeunt :*

A 2

sed

sed plerumque vel aegri morositate, vel eiusdem
 leuitate & salutis propriae neglectu, vel intem-
 pestiuia sedulitate adstantium et ministrantium
 in quibus non raro etiam insignis negligentia v-
 alius erroris iusta accusatio locum inuenit, v-
 denique infinitarum rerum extra nos positarum
 culpa accidere, ut loco speratae salutis sinister
 luctuosus morbi euentus obseruetur. Effati huii
 veritatem comprobantia exempla utinam quo
 die non offerrentur spectanda. Quum vero o-
 seruari talia multis de causis utile sit: nam
 medici prudentiam augent et morbo laborantib;
 admonitioni sunt: placuit mihi inauguralis s-
 ciminis loco exhibere aegrotum in ipso aetatis flo-
 extinctum, haud certe medici, cui se tradi-
 rat culpa, sed vix sine culpa et vitio illorum
 qui salutem eius nimia sedulitate imprudent
 quaesiverunt. Historiam a viro fide digno,
 qui ipse curationi adfuit, defunctique visce-
 suis manibus tractauit, acceptam praemitter
 nostrasque meditationes subiungere visum fu-
 Faxit **D E V S**, ut hae studiorum nostrorum
 primitiae aliquam lectori utilitatem adferant
 nostrisque conatibus porro adspiret.

HISTORIA MORBI ET SECTIONIS IN DEFVNCTO INSTITVTAE.

Vix generosus quadragesimum iam annum egressus, vitae aulicae et diaetae vinosae deditus, quum nuper iuuenculam vxorem secundis votis duxisset, hæmorrhoidum largo et diuturno fluxu corripiebatur. Vix, mariti amantissima, anxiis de salute eius curis ne confecta, impellebat ipsum, vt se celeberrimo meco longaque experientia subacto viro curandum peritteret. Is prudentissime diiudicabat, quam ancipitis riculi res sit festinanter hic agere: seque operam datum pollicebatur, vt fluxus hic reuera immodicus in tempore in ordinem redigeretur: praescribebatque non solum remedia conuenientia, sed diaetam salubrem. Non obscurum erat quantum tali modo proficeretur, cum sanguis neque quotidie, vt antea, neque tanta pia per aluum eiiceretur: sed parum abesset, quin ad instrumentum periodum accurate tenendam redigeretur. Ad festinatio vxoris exoptatissimam curationem ad futurum finem adduxit. Per hominem enim sibi familiarem scribi ad alium medicinasque afferri curabat. Is ttebat remedia, et non indulgendum fluxui vires contenti significabat. Adhibentur illa per duos tres usus. Omnia pulcerrime succedere videbantur, adeo, tamquam omnibus numeris absoluta curatione, rediens iam ad patrios lares familia haec generosa pararet, cuiusque valedictorio medicum priorem adhiberet, ad quem studiose dissimulabatur usus remedii aliunde. Is vero ex ipso prandio auocatus, ad vicini Prinsis extremos languores subleuando peregre proficisci-

batur , valere hospitibus iussis. Ea nocte iam pen
concubia pulsabantur fores huius medici , petebatur
vt cito in subsidium veniret vel ipse , si iam redux fa-
ciet , vel medicinae candidatus quidam , illius domi-
cus et conuictor , qui aegrotantem saepius visitaue-
totiusque morbi conscientius erat. Quum aduenisset
omnia tristi eiulatu plena , virum $\alpha\phi\omega\nu$ in lectulo
centem , et conuulsiuo artuum superiorum tremore
tatum , cum stertore et spuma oris , deprehendit. A-
bebantur omnia artis praesidia , sed nullo cum effec-
tum clysterem ne quidem licebat iniicere , adeo via arcta
clusa et constricta erat. Sublato breui posthac e
generoso viro , omni persuasionum genere tandem
petrabatur a moestissima coniuge , vt permitteret cu
anatomico rimari corpus exanimatum. Aperto ig-
abdomine cum thorace , omnia viscera sanissima sun-
venta : epar quidem , proportione habita , grandius
ita constitutum , vt debet esse sanissimum , videb-
Sed illud omnium admirationem merebatur , quum
arcta instar funiculi constrictum intestinum rectum
potissima pars coli consiperetur , vt dighi auricu-
crassitatem aequaret , vel vix multum superaret : vt
in propatulo causa esset , cur enema nullo nisu im-
potuerit. Sanguinea vasa has partes subeuntia pe-
vacua erant : sed in tenuioribus intestinis bina erant
sanguine prae reliquis turgentia et tamquam inflam-
tione correpta. Quum capitis apertio non co-
derent defuncti familiares , plura lustrare cupientibus
desistendum erat. Paulo post compertum est , p-
tente domestico quodam , quid acciderit circa me-
nam aliunde petitam , allatumque fuit vitrum bo-
portionem medicinae illius continens , quae saponi-

urata vitriolum martis terramque catechu, gustata pa-
er atque odore tentata opium prodebat. Ne vero quis-
am putet intemperantiam quandam viri hic esse accu-
dam, addere etiam hoc debemus, ipsum in ultimo
indio plane non gustasse vinum: cibis autem admo-
n modice usum esse, quod clarissime etiam dissectio
poris comprobabat, quippe exiguum omnino erat,
ad ventriculus et intestina continebant.

CONSIDERATIO MEDICA.

§. I.

Quem plura sint in hac proposita historia, de quibus am-
plissime differere liceret: noluimus tamen singula prole-
qui, sed iis potissimum inhaerere constituimus, quae fa-
t ad intelligendum illum nexus atque mutuam consequen-
haemorrhoidalis negotii suppressi, et apoplexiae per hunc
rem inductae.

§. II.

Haemorrhoidalis fluxus beneficium insigne, quod mortali-
praefstat, eorum corpora a grauibus morbis vel libera fer-
lo, vel iam affecta liberando, quum maiores nostri non o-
no ignorauerint, et in huius confirmationem grauissima te-
tonia reliquerint: nostra tamen aetate, praeeunte illustri Ar-
tro Borussico D. D. Stahllo, fere obliuioni tradita haec doctri-
digentius quam olim exulta fuit. Quare nolumus rem hanc,
proverbio dicimus, ab uno repetere, sed potius pleraque
pertinentia, ex amplissimis commentationibus Excellentissi-
mius medici, ipsumque secutorum clarissimorum virorum,
ienda commendamus.

§. III.

Neque tamen dissimulabimus hoc loco saepe animum no-
i, cetera conuictum, subiisse aliquam dubitationem quando le-
gimus

gimus ab auctoribus nostris vnice fere tantum, in huius aliarumque haemorrhagiarum causa euoluenda, ad venas recurri, tamen quam arteriae omnino ad rem nihil hic facerent. Jam olim alia, et, ut mihi persuadeo, meliora vocavit *Jo. Antonid. der Linden* a) cuius verba, quae hic etiam legantur, digna praeponere. *Ab his*, inquit, (venis haemorrhoidalibus) creditum diu fundi eum sanguinem, qui magno valetudinis commode a aliis incommodo, exit per anum. Nobis a cognominis potius arteriis extrudi persuadet utilissimum inuentum motus sanguinis. In easdem cogitationes incidit *Archibaldus Pitcarmius*. b)

§. IV.

Liceat igitur, pace doctissimorum virorum, dispicere lure de arteriis tam rara fiat mentio. Supponamus tantisper iam haemorrhagiam spontaneam accidere, nisi prius alterata in parte quadam, aucto motu tonico partes a loco excretarum remotiores stringente, et humores ad ipsum locum affectum et ad viciniam, coacervante. Jam quaenam assignari potest ratio, aut quis stricturae modus mente concipi, qui non est arterias afficiat? aut qui poterit sanguis in venoso systemate tanto coaceruari, nisi arteriae, ex quibus in venas influit, ducegnius et parcus in superoneratas venas effundunt, quoae pacitatem suam augeantur et simul inflentur?

§. V.

Jam vero si aequa arterias ac venas, in eiusmodi molibus et congestionibus ad haemorrhagias spectantibus, inflatae sanguine multo expandi opus est: causam nullam equidem viderum actualis perruptio venis solis tribui debeat. Si enim tumor in venis tenuitatem respicias: minimarum, quae quae examen patiuntur, arteriarum haud certe deprehenditur biliter maior crassities quam venularum eiusdem diametri.

a) Medic physiologic. c. IV. §. 81.

b) Opuscul. pag. 17.

um non sine caussa dubitetur , an venulæ dentur tam subtile ,
 iae pari copia et numero respondeant exilissimis et quasi tomen-
 sis arteriarum vltimis divisionibus, nostro demum saeculo immor-
 is *Fr. Ruyshii* diuina arte in lucem productis : ex altera vero
 parte ratum firmumque sit arteriolarum vltima tam angusta reddi,
 cruentum non admittant , sed tenuissimam lympham vehant ;
 are illis arteriarum lymphaticarum nomen impositum est : quis
 bitabit tam subtile tubulos sub congestione et infarctu humo-
 n vltra modum ordinarium et consuetum extenso , adeoque
 sis tenuiores , scilicet ratione tunicarum , redditos , et sub hac
 dilatatoria extensione ampliores factos , vt sanguinem vltra
 suetum terminum admittant , posse tandem adeo vrgeri , vt
 disrumpantur , contentumque sanguinem sinant effluere , vel
 o lymphatici serosi humoris , quem alias s. n. emittebant , ipsum
 serum sanguinem profundant .

§. VI.

Fauere huic theoriae videtur notabilis illa circumstantia , quod
 eiusmodi congestiones perruptio solemnissime accidat locis
 , vbi præ reliquis adsunt multae exiguae arteriolae ad secre-
 tes certas destinatæ , vt in tunica narium caua inuestiente , ipso
 ebri cortice , ventriculo et intestinis , nec non renibus , et , certo
 respectu , mulierum vtero ; quæ fere loca sunt frequentiora ,
 tales vasorum anastomoses cum subsequente effluxu sanguinis ,
 ad salutem sive cum damno , euenire obseruamus . Porro
 in fauet conceptui huic ipsa obseruatio , quae docet in omni-
 fere haemorrhagiis maioribus , et diuturniori periodo absolu-
 dis , post sinceri sanguinis effluxum sequi dilutioris , tandem
 mere aquei ichoris , proventum . Huius vero phaenomeni
 onem facillime adsequimur , si sanguinem sincerum ex arterio-
 ubtilissimis , vel nimium dilatatis vel disruptis , tamdiu pro-
 re cogitemus , donec sublata est coaceruatio sanguinis , quae
 prius supra modum dilatauerat , cruentumque eo impulerat ,

quo naturaliter non solet pertingere. Omnibus vero rursus naturalem modum redeuntibus non amplius rubicundus san sed subtilior et fluidior lympha fluxum suum ibi continuat , ipsa amplius notabiliter effluxura , quamprimum omnia nat lem suum debitumque tonum plenissime recuperauerint.

§. VII.

Solent , quantum inquirendo didici , ab arteriarum a fione ad negotium haemorrhagiarum propterea potissimum horrere , quoniam fluxus eiusmodi spontanei plerumque ad dum placide fiunt , nec ille impetus , qui in arteria notabili di visitur , hic appetet. Sed salua res est si cogitauerimus quan intersit inter arterias maiusculas , et tam exiguae illarum exte cates , quae longe infra capilli crassitudinem subsistunt . Quis bitabit in vulnusculis , quae balneator , dum cutim scarificat , git , multas discindi arteriolas cuti implexas : et nemo tamen petuosum sanguinis ex his obseruauit effluxum : quin citius , q optare solemus , desineret , nisi artificiosa cucurbitularum app tione aliquam eiusmodi stricturam , et ad loca excretioni de st congestionem , procuraremus , qualem natura parat , dum hæ rhagias molitur.

§. VIII.

Quae cum ita sint , non video cur semper cum veter sanguinei circuli ignaris , de solis venis philosophari hoc in tio debeamus : praesertim quum in aliquibus hæmorrhagia speciebus vix paucas venosi sanguinis guttulas ex vena non i ma concipere possimus quin vel desinere fluxus , vel arteriosi petiis promte debeat adiuuari. Nam cum ea sit conditio san nis in venas semel assumti , vt in latiores plenioresque cana los continuo deproperet : facile cogitari potest quam cito i quod in venula aperta , vsque ad radices suas , fuit content effluat et euacuetur : ubi certe illud , quod supra aperturam ipsa strictura tonica potius ad ascensum quam regressum vrge

od vero effluit arteriis omnino in acceptis referendum est, quippe
uibus exiguae venulæ, quicquid ferunt, debent accipere.

§. IX.

Sunt vero vasorum haemorrhoidalium duo genera: alterum
eria a ramo mesenterico inferiori demissa et ad intestinum re-
m excurrentes, cui respondet vena ad longitudinem huius inte-
recta, sed accliui, via surgens, mesenterioque suffulta ad portae
um saepe dextrum, quandoque sinistrum, tendens, ut se ibi con-
gat hepar subituro sanguini. Haec arteria, haec vena nomen
rnarum gerunt, quod sanguinis ex interna et altiore intestini
profluentis scaturigines existimantur. *Externarum* nomen
ant ramuli ab hypogastrica arteria ad intestini recti ostium per-
tes: quibus vena respondent ab ano ad ramum vena illiacae
ogastricum confluentes. De his plerique sic statuunt, ut haem-
orrhoides fluentes ac internas quasi pro synonymis habeant: ex-
as autem numquam ad fluxum peruenire, sed vel tumere et
furunculum abire, vel turgere et vesiculam sanguine atro-
nte repletam inducere, perhibeant. Enim uero vix satis certa
subesse videtur, cur non saepe etiam externae fluant. Nam
externa haec vasa haemorrhoidalia oram magis et limbum
tini recti, qua parte cum cute iungitur, cingant et occu-
 quam interiora, non omnino consonum autopsiae depre-
limus. Musculo certe sphincteri ani, sine dubio supra lim-
intestini recti sito, propagines suas distribuunt. In feminis au-
ubi intestinum rectum vaginae arcte iungitur, magis etiam
in viris late patent ramuli hypogastrici et ad ipsum uterum
esicam satis notabiles excurrent, et inter se complicantur.

§. X.

Visum fuit hoc loco laudare *Casp. Bauhini* c) obseruatio-
qui non solum illas externas quoque profundere sanguinem
tur, sed hanc etiam circumstantiam addit, quod fiat hic flu-

xus sine dolore et torsionibus ventris , aliquando etiam sine dolore in ano , qui tamen in haemorrhoidibus internis , a venae portae ramo constitutis , adest . Ut aliquid tribuamus huic adserit facit obseruatio quaedam , quae nobis obtigit in viro inter sexagesimum et septuagesimum annos constituto . Hic habitu corporis succulento spongiosoque praeditus , cum a multis iam annis appropinquante aequinoctio haemorrhoides , sine dolore et in modo fluentes , per integrum fere mensem habuisset , et tunc eadem fluxum experiretur , die intempesto , ventis borealibus exorcitur summo mane iter suspicere . Dum meditabundus in rada sedet , subito terrore percellitur , quo facto fluxus ille cessat . Mox vero conqueri coepit de tumore quodam cum dolore pulsante , quem non solum in intestino percipiebat , sed tandem exterius designabat locum in medio illo spatio , vbi nates vtrinque coeuntes aliquam quasi conuallem efformant ; ita tamen ut raram praecise in profundissima parte emineret tumor , sed ad latum dextrum magis inclinaret . Post aliquot dies in tumoris membrana efflorescentia alba pus maturum monstrabat : quare aperiendum abscessum procurabat : sed quoniam ad manus non erant , qui ram ulceris perita manu quotidie administrarent , in fistulam generauit . Ex quo quidem casu illud mihi videtur clare elucidata , quae sanguinem in hoc viro profuderant , factaque constrictione a terrore et frigore stasin eiusdem fouerant et expirabant , fuisse omnino a ramo hypogastrico , unde musculi eti vicini et cutis irrigantur , sub qua et in quorum confinio abscessus ille factus fuerat .

I. XI.

Sed progredimur ad ea , quae casus noster suppeditat , consideranda . Utrum is omnino haemorrhoidibus internis , anternis fluxum suum debuerit cogitanti , extra dubium videtur positum internas eas fuisse : quod firmissime persuadet arctissima constrictio intestini recti cum parte satis magna coli , quam corporis

ectio patefecit: cuius quidem causas vero similes conabimur
ceps exponere, si prius viderimus quid videatur in ipso flu-
i hunc excitasse. Quumque naturam hac euacuatione se-
perare a superfluo sanguine constans sit medicorum persuasio;
ostro quidem subiecto causas plethorae non opus est e longin-
dudcere. Nam aetas florens, vita aulae deliciis affluens, et
ensum viduitatis tempore veneris exercitium, omnia fauent
horae inducdae. Atque ut abundantia sanguinis de visce-
nutritionis negotio praefectorum illaesa ex omni parte sani-
testatur: ita eadem oculari post mortem inspectione patefa-
uit. Vnde nihil amplius laborandum venit de plethorae pra-
a euincenda.

§. XII.

Vocat autem ad se magnitudo hepatis, quae in historia com-
itoratur, excedens. Hanc non audemus morbosam declara-
re potius, quando nulla induratio aut aliud vitium adest, sa-
ni hominis, qui cibos bene conficit, multumque sanguinis
urat & fouet, et signum et proprium accidens. Est enim he-
x earum numero partium, quae non semper eandem deter-
tamque magnitudinem habent, sed in eodem individuo mo-
raiores, alio tempore minores deprehenduntur. Id vero ita
pere in omni animalium genere multiplici experimento de-
ndere licet. Nam si quis aues, e. g. alaudas, turdos, anse-
lo tempore, quo maxime lasciviunt et proli progenera-
ntur, dissecet, iecinora omnino parva inveniet: fere
maiora auctumni initio, quum venere iam diu omissa abun-
pabulo saginantur. Idem in saginatis porcis aliisque anima-
praeferim iunioribus, obseruare licet. Causas huius phae-
ni indicare non difficillimum videtur: sed iam non licet lon-
guagari.

§. XIII.

Cur vero hic vir generosus fluxum haemorrhoidalem eo de-

mum tempore expertus fuerit , quo solitariae vitae pertaesus secunda vota fuerat progressus , id quaerere nonnullis forte vicitur superfluum . Posset enim sufficiens videri plethora in illa etatem incidens , qua natura onus excussura ani vasa aperit . quo minus omnino insuper habendam putem hanc circumstantiam facit quod iam olim *Exs. D. D. Stahlius d)* agnouit in haemorrhoidum negotio aliquam cum apparatu genitali conspirationem prehendi . Neque fieri omnino potest quin illa tanta humor et generis neruosi sub exercitio venereo agitatio fluidorum microcosmicorum pelagus valde commoueat ; et specialissime ad haemorrhoida inuitet , sed et ad propinquas et connexas partes copio decumbere adsuefaciat . Notus mihi vir est , qui , quum mature etiam coniugem et vehementer amatam post paucos menses assisset , rebus suis sic postulantibus per plusculos deinceps anni in coelibatu caste abstinenterque vixerat . Tandem quum aludere decreuisset , iamque per litteras et amicos eo res deducisset , ut pactis coniugalibus pro more condendis dies diceret aduentans sponsus amasiae , praesentibus amicis , per aliquod tempus assidens et blandos sermones miscens , insueti tamdiu amicis ignibus adeo exarsit , vt quum assurgere e sedili vellet corpus erigere , neutquam valeret , sed tamquam omnia rigida et contracta in femorum regione essent , haereret , adeo ut vix horae quadrantis spatio sensim sensimque posset corpus erigere . Dolor nullum , nisi cum violenter se vellet erigere aut femur extendens sentiebat : testiculorum vero insolitum pondus , et tamquam pressionis et tensionis sensum , percipere se testabatur . Territus hincasū parum aberat quin , grauioris mali metu , a proposito desistendum sibi arbitraretur . Sed quum pergeret cum sponsa versari eiusdemque alterationis sortem aliquoties , sed leuius , subiisse ipsem causam istius rei facile adsequutus est , omnemque rum abiecit .

f. XIV.

Vt vero impetuosis copiosiusque ad haec loca ruentem, post uam intermissionem, sanguinem potuisse in nostro aegroto, a plethorico et in aetate, quam fluxus hic solenniter exspe-
, constituto, hanc euacuationem prouocare et promouere
e concipere licet: illud tamen valde difficile est peruidere quid
ram ad excessum in hac euacuatione protocauerit. Nam et
n, qui patiebatur, et vxorem sensisse virium aliquem defectum
n est: et medicum iudicasse hanc excretionem nimiam histo-
pquitur. Simplici alias plethorae, vt natura illam patienter
, nec se ferocibus accingat motibus, sufficit evakuatio sangu-
iediocris bis per annum tempestive instituta: in nostro autem
pto quum inciperet semel hic fluxus, non in plethorae sensibili-
nitione substitit, sed ad virium iacturam, habitusque cor-
, antea succulenti et molem aliquam praferentis, imminu-
m consumtionemque progressus est. Potest quidem visce-
ronitas sanguificationi laudabili sufficiens, potest etiam causae
dissimae continuus concursus aliquid ad hunc effectum contu-
ed vereor vt haec omnia sufficient, quin cogamur ad ingenuam
ssionem, ignorare nos quaenam sit vera causa huius peruica-
prosequendis euacuationibus laborioso molimine semel insti-
et vnde initio leuamen corpori quae situm et paratum fuit.

f. XV.

Sed forte non iniuria allegabitur in haemorrhagiis sponte-
tis et copiosius factis aliqua atonia his partibus, ubi illa cor-
llata, vnde fit, vt, sanguine qualitercumque reparato, ille in haec
a congestione diuturna semel dilatata vasa copiosius irruat,
um debitae constrictionis beneficio careant, illa identidem
nodum extendat, sicque continuo pristina orificia, ex qui-
mel exitum nactus est, referet indeque prorumpat. Pro-
lura eiusmodi haemorrhagiarum exempla et diutius et ad
am stupendamque copiam progressarum. Sed hoc loco me-

minisse liceat vnius, quam Augustanorum medicorum decus
schius e) exhibet, nobilis matronae, quae vomitu sanguinis si
correpta, tam effero posthaec vexata fuit, vt intra anni decu
plus quam mille libras euomuerit, plus fortasse vomitura nisi
dici, crebris venae sectionibus in pede institutis, malum cohi
sent.

§. XVI.

Singulare est in eiusmodi sanguinis iactura, quam ipsa r
ra facit, quod vires haud tantopere deaſſcatur, nec tam pra
damnum inferat, quam quaecunque alia magna profusio, qua
vel fortuito vulnere producitur. Citata ex *Welsch*o historia
probat matronam modo dictam, tanto afflictam malo, vix cole
vegetum mutasse, viriumque iacturam numquam accusasse,
vterum durante morbo gestasse: Excell. autem *D. D. Stahl*
aliquot historiis ostendit quam copiosum et diuturnum flu
haemorrhoidum aliqui satis leuiter commodeque tulerint.
minus causae est in eiusmodi spontaneis haemorrhagiis (mo
ne febre magna accidunt) valde trepidare et ad ancipitem si
modum festinare.

§. XVII.

Nam quum vbiique deprehendatur magnam et diuturni
partis cuiuscunque spasmodicam affectionem, quando ea ren
notabilem atoniā subsequi, eaque, quae tensa fuerant, fla
et debilia reddi: vnde fere omnium dolorum, qui a spasmis
finis est humorum decubitus, partisque oedematosā inflatio
hic etiam obſeruamus quarumcunque cauſarum, quae te
partium alterare et vel intendere vel remittere valent, illis
cis maxime exferere efficaciam, quae maxime fuerunt ante
congestiones eiusmodi labefactatae. Declarant autem hui
fertionis veritatem quasi praecipue et quam maxime puellae,

e) *Sylloge Cur. & Obſer. Medicin. obſeru. C. Rumieri.*

f) *Theoria Med. p. 755. seq.*

menstrua nondum admodum diu fluunt ; quin ex illis etiam, bus aliquandiu fluxerunt, sensibiores quaeque, si forte croco, o, aliisque spirituosis, dum fluxus ille se exserit, vtantur, aut iori iracundia excandescant : quippe haec sanguinem expandi commouendique vires non alio magis loco, quam qui tunc etus est, exercent. Ex altera parte etiam noxas a rebus conigendi vires habentibus itidem hoc maxime loco experiuntur, m quotidie videamus quam facile frigus, praesertim humidum ibus extremis admissum, terror, cibique vel potus incongrui d feminas efficiant, vt sollemnisi illorum purgatio subsistat.

§. XVIII.

Si vero leniora visa, vt panis siccus vel a furno adhuc cali- placenta pinguiores, oua dura, massae frixae, potus gelidae e ventriculo immissus, tantum valent, vt, testantibus id tot ruationibus, fluxum in muliebri sexu suppressant : cur non de sanguinis haemorrhoidalis cohibendo fluxu metuamus, n causae vtriusque euacuationis generice conspirent ? Et non timendum erit, si medicinae valde profundeque adstrin- es adhibeantur, quod quidem in nostro aegroto, malis ipsius factum est. Quo enim maior diuturniorque fuit in ipso orum circa loca haemorrhoidalia decubitus ; maiorque inde ducta laxitas : eo sensibilius fuere eadem affecta fortiusque recta ab vsu remedii martialis , quod etiam aliis adstringen- roboratum, opioque imbutam erat.

§. XIX.

Et sane mirandum est, quam subito saepe talia, vix in os rece- exserant adstringendi sanguinemque etiam e remotis parti- uentem sistendi vires. Memini me legere aliquando corol- disputationi cuidam medicae in Batauis excusae subiecta, nunc non ad manus est, auctorem tamen, nisi memoria fal- abebat *D. D. Bierbrauerum*) quorum uno prouocabantur s anatomici, vt causam indicent, qui fiat vt cani viuo, si crus

amputes, illico et quasi in momento sanguis sistatur, quam prim medicinae cuiusdam pauculas guttulas ori infundas. Id qu thrasonice dictum videri possit, affirmavit tamen mihi D. Schulze a se ipso, antea valde de rei successu dubitante, experimentum olim Halae Magdeburgicae, praesentibus multis am factum esse, quum canem viuum cultro anatomico subiecisset sanguis ex crurum arteriis studio incisis prosiliret, medicinae h copiam faciente D. D. Andrea Kock, nunc Archiatro Comi VVitgensteinensium et Berleburgensium. Successus scilicet fuit, vt antea large longeque prosiliens sanguis, ipso quasi mento, circa vasorum laesorum ora grumesceret et coagular. Paratur autem haec medicina ex hæmatite, crystallisque tan gustuque explorata vix cuiquam promitteret tantam efficaci

§. XX.

